

Respondeo dicendum, quod Angelus annuncians apparuit matri Dei corporea visione: & hoc conveniens fuit. Primo quidem quantum ad id quod annuntiabatur. Venerat enim Angelus annuntiare incarnationem invisibilis Dei, per quam visibilis fieret: unde etiam conveniens fuit ut ad hujus rei declarationem invisibilis creatura formam assumeret, in qua visibiliter appareret; cum etiam omnes apparitiones veteris Testamenti ad hanc apparitionem præordinentur, qua Filius Dei in carne apparuit. Secundo fuit congruum dignitati matris Dei, quæ non solum in mente, sed in corporeo ventre erat Dei Filium receptura: & ideo non solum mens ejus, sed etiam sensus corpori erant visione angelica refrendi. Tertio congruit certitudini ejus quod annuntiabatur. Ea enim quæ sunt oculis subjecta, certius apprehendimus quam ea quæ imaginamur. Unde Chrysostomus dicit super Matth. (hom. iv. ante med. quod Angelus non in somniis, immo invisibiliter Virgini affuit: (a) nam quia magnam valde revelationem accipiebat ab Angelo, egebat ante tante rei eventum visione solenni.

Ad primum ergo dicendum, quod intellectus visio est potior quam visio imaginaria, vel corporalis, si sit sola. Sed ipse Augustinus dicit (Lib. XII. sup. Gen. ad lit. cap. ix. etc. med.) quod excellentior est prophetia quæ habet simul intellectualem, & imaginariam visionem, quam illa quæ habet alteram tantum. B. autem Virgo non solum percepit visionem corporalem, sed etiam intellectualem illuminationem. Unde talis apparitio nobilior fuit. Fuisset tamen nobilior si ipsum Angelum intellectualem visione in sua substantia vidisset. Sed hoc non patiebatur status hominis viatoris quod Angelum per essentiam videret.

Ad secundum dicendum, quod imaginatio est quidem altior potentia quam sensus exterior; quia tamen principium humane cognitionis est sensus, in eo consistit maxima certitudo: quia semper oportet quod principia cognitionis sint certiora. Et ideo Joseph, cui Angelus in somniis apparuit, non ita excellentem apparitionem habuit sicut B. Virgo.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Ambrosius dicit super Luc. (cap. i. sup. illud, Apparuit illi Angelus) perturbamur, & a nostro alienamur affectu, quando perstringimur alienius superius potestatis ecclesiæ. Et hoc contingit non solum in visione corporali, sed etiam in visione imaginaria. Unde Ge-

(a) Ita mis. & editi passim. Al. cum cod. Alcan. num quia magnam valde relationem ab Angelo accipiebat, egebat tante rei eventus visione solenni. (b) Vulgata occumberet. (c) Ita cum melioribus notis mis. editi passim. aliquo tantum admixto typographico errore, utrobique prætermissi, vel prætermissi: Probatio ante (pro autem, quod erat in nonnullis codd. loco aut) præmitti debet in his quæ dubia esse possunt.

nes. xv. 12. dicitur, quod cum (b) set occubisset, sopor irritus super Abraham, & horror magnus, & tenebrosus invasit eum. Talis tamen perturbatio hominis non tantum homini nocet ut propter eam debeat angelica apparitio prætermitti. Primo quidem quia ex hoc ipso quod homo supra seipsum elevatur, quod ad ejus pertinet dignitatem, pars ejus inferior debilitatur; ex quo provenit perturbatio prædicta; sicut etiam calore naturali ad interiora reducto, exteriora tremunt. Secundo quia, sicut Origenes dicit super Luc. (hom. iv. in prin.) Angelus apparet, sciens hanc esse humanam naturam, primum perturbationi medetur; unde tam Zacharia, quam Mariæ post turbationem dixit: Ne timeas. Et propter hoc, ut legitur in vita Antonii (in Vita Patrum Lib. I. cap. xviii.) non difficilis est beatorum spirituum, malorumque discretio. Si enim post timorem successerit gaudium, à Domino venisse sciamus auxilium: quia securitas animæ presentis majestatis indicium est. Si autem incussa formido permanerit, hostis est qui videtur. Ipsa etiam turbatio Virginis conveniens fuit verecundia virginali: quia, ut Ambrosius dicit super Lucam (cap. i. sup. illud: Et ingressus Angelus,) trepidare virginum est, & ad omnes viros ingressus pavere, omnes viros affectus vereri. Quidam tamen dicunt, quod cum B. Virgo assuecisset visionibus Angelorum, non turbata fuit in visione Angeli, sed in admiratione eorum quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de se tam magnifica non cogitabat. Unde & Evangelista non dicit, quod turbata fuerit in visione Angeli, sed in sermone ejus.

## ARTICULUS IV. 167

Utrum annuntiatio convenienti fuerit ordine perfecta.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod annuntiatio ejus non fuerit convenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris Dei dependet ex prole concepta. Sed causa prius debet manifestari quam effectus. Ergo primo debuit Angelus Virgini annuntiare conceptum proles quam ejus dignitatem exponere eam salutando.

2. Præterea. (c) Probatio aut prætermissa debet in his quæ dubia non sunt, aut præmitti in his quæ dubia esse possunt. Sed Angelus primo videtur annuntiasse id de quo Virgo dubitaret, & dubitando quæreret, dicens:

Quo-

Quando fiet istud? & postea probationem adjunxit tum ex exemplo Elisabeth, tum ex Dei omnipotentia. Ergo inconvenienti ordine annuntiatio per Angelum est effecta.

3. Præterea. Majus non potest probari sufficienter per minus. Sed majus fuit virginem parere quam vetulam. Ergo non fuit sufficiens probatio Angeli probantis conceptum virginis ex conceptu senis.

Sed contra est quod dicitur Rom. xii. 1. 1. Reg. à Deo sunt, ordinata sunt. Angelus autem missus est à Deo ad hoc quod Virgini annuntiaret, ut dicitur Luc. i. Ergo ordinatissime fuit annuntiatio per Angelum completa.

Respondeo dicendum, quod annuntiatio congruo ordine per Angelum est perfecta. Tria enim Angelus intendebat circa Virginem. Primo quidem reddere mentem ejus attentam ad tantæ rei considerationem: quod quidem fecit, eam salutando quidam nova, & insolita salutatione. Unde Origenes dicit super Lucam (hom. vi. à med.) quod si scivisset, ad aliam quempiam similem esse factum sermonem, utpote quæ habebat legis scientiam, nunquam eam quasi peregrina talis saluatio tenuisset. In qua quidem salutatione præmissit idoneitatem ejus ad conceptum in hoc quod dixit, Gratia plena; expressit conceptum in hoc quod dixit, Dominus tecum; & prænuuntiavit honorem consequentem cum dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundo autem intendebat eam instruere de mysterio incarnationis, quod in ea erat implendum: quod quidem fecit prænuuntiando conceptum, & partum, dicens, Ecce concipies in utero, &c. & ostendendo dignitatem proles conceptæ, cum dixit, Ille erit magnus, &c. & etiam demonstrando modum conceptionis, cum dixit, Spiritus Sanctus supervenies in te. Tertio intendebat animum ejus inducere ad consensum: quod quidem fecit exemplo Elisabeth, & ratione ex divina omnipotentia sumpta.

Ad primum ergo dicendum, quod animo humili nihil est mirabilius quam auditis sue excellentiæ: admiratio autem maxime attentionem animi facit: & ideo Angelus volens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti mysterii, ab ejus laude incepit.

Ad secundum dicendum, quod Ambrosius expresse dicit super Lucam (cap. i. sup. illud, Quando fiet istud?) quod B. Virgo de verbis Angeli non dubitavit: dicit enim: Temperantior est Mariæ responso quam verba sacerdotis. Hoc autem: Quando fiet istud? ille respondit: Unde hoc sciam? Negat ille se credere qui negat se scire, ista se facere profectus, nec dubitat esse faciendum quod quomodo fieri possit, inquit. Augustinus tamen (vel alius auctor) s. Th. Op. Tom. I. c. 22. q. 1.

(a) Ita post Garciañ editi fore. quædam libri. Al. cum cod. Alcan. aliiq. prævennerunt.

videtur dicere, quod dubitaverit: dicit enim in Lib. questionum veteris, & novi Testamenti (quæst. li. circ. prin.) Ambigeni Mariæ de conceptu possibilitatem Angelus prædicat. Sed talis dubitatio magis est admirationis quam incredulitatis: & ideo probationem Angelus inducit, non ad auferendam infidelitatem, sed magis ad removendam ejus admirationem. Ad tertium dicendum, quod, sicut Ambrosius dicit in Hexameron (implic. Lib. V. cap. xix. & super illud Luc. i. Exurgat Maria, & cap. viii. sup. illud, Adhuc eo loquente,) ob hoc multe steriles (a) pepererunt, ut partus credatur Virginis. Et ideo conceptus Elisabeth sterilis inducitur, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurale exemplum. Et ideo ad confirmationem hujus exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia divina.

## QUÆSTIO XXXI.

De conceptione Salvatoris quoad materiam, ad qua corpus ejus conceptum est, in octo articulis divisâ.

Deinde considerandum est de ipsa conceptione Salvatoris primo quantum ad materiam de qua ejus corpus conceptum est; secundo quantum ad conceptionis auctorem; tertio quantum ad modum, & ordinem conceptionis.

Circa primum quæruntur octo.

Primo, utrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.

Secundo, utrum fuerit sumpta de David.

Tertio, de genealogia Christi, quæ in Evangelii ponitur.

Quarto, utrum decurrit Christum nasci de femina.

Quinto, utrum fuerit de purissimis sanguinibus Virginis corpus ejus formatum.

Sexto, utrum caro Christi fuerit in aliquis patribus secundum aliquid signatum.

Septimo, utrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

Octavo, utrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

Primo, utrum caro Christi fuerit sumpta de Adam. Ad hoc quæritur, utrum caro Christi fuerit sumpta de Adam, & si non de Adam, de quo patre? Ad hoc quæritur, utrum caro Christi fuerit sumpta de Adam, & si non de Adam, de quo patre? Ad hoc quæritur, utrum caro Christi fuerit sumpta de Adam, & si non de Adam, de quo patre?

(a) Ita post Garciañ editi fore. quædam libri. Al. cum cod. Alcan. aliiq. prævennerunt.



Ad quintum dicendum, (a) quod, sicut dicit Hieronymus super Matth. (cap. 1. super illud, *Judas genuit, &c.*) in genealogia Salvatoris nulla sanctarum mulierum assumitur, sed eas quas Scriptura reprehendit, ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens omnium peccata deleret. Unde ponitur Thamar, quæ reprehenditur de fœcino concubitu; & Raab, quæ fuit meretrix; & Ruth, quæ fuit alienigena; & Bersabee, uxor Uriæ, quæ fuit adultera, quæ tamen proprio nomine non ponitur, sed ex nomine viri designatur: tum propter peccatum ipsius, quæ fuit adulterii, & homicidii concia; tum etiam ut nominato viro peccatum David ad memoriam revocetur. Et quia Lucas Christum designare intendit ut peccatorum expiatorum, talium mulierum mentionem non facit. Fratres autem Judæ commemorat, ut ostendat eos ad Dei populum pertinere; cum tamen Ismael frater Isaac, & Esau frater Jacob à populo Dei fuerint separati, propter quod in generatione Christi non commemorantur; & etiam ut superbiam de nobilitate excludat. Multi enim fratrum Judæ ex ancillis nati fuerunt; sed omnes simul erant Patriarchæ, & tribuum Principes. Phares autem, & Zaram simul nominantur, ut Ambrosius dicit super Lucam (cap. 111. sup. illud, *Qui fuit Phares*) quia per eos gemina describitur vita populorum: una secundum legem, quæ significatur per Zaram, altera secundum fidem, quæ significatur per Phares. Fratres autem Jechoua ponit, quia omnes regnaverunt diversis temporibus, quod in aliis Regibus non acciderat; vel quia eorum similis fuit & iniquitas, & miseria.

ARTICULUS IV. 171

Utrum decenterit Christum nasci de femina

III. dist. 111. quest. 111. art. 2. quest. 2. & opusc. 11. cap. CCXVIIII.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod materia corporis Christi non debuerit esse assumpta de femina. Sexus enim masculinus est nobilior quam sexus femineus. Sed maxime decuit ut Christus assumeret id quod est perfectum in humana natura. Ergo videtur quod non debuerit de femina carnem assumere, sed magis de viro, sicut & Eva de costa viri formata est.

2. Præterea. Quicumque ex femina concipitur, utero feminae includitur. Sed Deo, qui cælum, & terram implet, ut dicitur Hierem. xx111. non competit quod parvo feminae utero includatur. Ergo videtur quod non debuerit concipi de femina.

(a) Ita cum msi. & antiquis editis Nicolajus, Theologi & edit. Patav. dicendum, sicut dicit Hieron. super Matth. . . . In genealogia Salvatoris nullam sanctarum mulierum assumi, sed eas, &c.

3. Præterea. Illi qui concipiuntur ex femina, quamdam immunditiam patiuntur: unde dicitur Job xxv. 4. Numquid justificari potest homo comparatus Deo, aut appareat mundus natus de muliere? Sed in Christo nulla immunditia esse debuit: ipse enim est Dei sapientia, de qua dicitur Sapientie vi11. 25. Nihil inquinatum in illam incurrit. Ergo videtur quod non debuerit carnem assumere de femina.

Sed contra est quod dicitur Galat. 1v. 4. *Miste Deus Filium suum factum ex muliere.*

Respondeo dicendum, quod licet Filium Dei carnem humanam assumere potuerit de quacumque materia voluisset; convenientissimum tamen fuit ut de femina carnem acciperet. Primo quidem quia per hoc tota humana natura nobilitata est. Unde Augustinus dicit in Lib. lxxx111. Qq. quest. xi. *Hominis liberatio in utroque sexu debuit apparere. Ergo quia utrum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, conveniens erat ut feminae sexus liberatio hinc appareret, quod ille vir de femina natus est.* Secundo quia per hoc veritas incarnationis adstruitur. Unde Ambrosius dicit in Lib. de incarnat. (cap. vi. circ. med.) *Multa in Christo secundum naturam invenies; & ultra naturam: secundum conditionem eternam naturæ in utero, feminae scilicet corporis, fuit; sed supra conditionem virgo, virgo concepit, genuit; ut crederet quia Deus erat, qui immovabilis naturam, & homo erat, qui secundum naturam nascebatur ex homine.* Et Augustinus dicit in epist. ad Volusianum (cxxxv11. al. 111. parum ante med.) *Si omnipotens Deus hominem ubicumque formatum non ex materno utero crearet, sed repentinum inferret aspectibus, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem utrum suscepisse ullo modo crederetur? & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit? Nunc vero ita inter Deum & hominem mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolitis solitis temperaret.* Tertio quia per hunc modum completur omnis diversitas generationis humanæ. Nam primus homo productus est ex limo terre sine viro, & femina; Eva vero producta est ex viro sine femina; alii vero homines nascuntur ex viro, & femina. Unde hoc quartum quasi Christo proprium relinquebatur, ut produceretur ex femina sine viro.

Ad

ARTICULUS V. 172

Utrum corpus Christi de purissimis sanguinibus Virginis formatum fuerit.

III. dist. 111. quest. 111. art. 1. ad 4.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod caro Christi non fuerit concepta ex purissimis sanguinibus Virginis. Dicitur enim in collecta, quod Deus Verbum suum de Virginis carnem sumere voluit. Sed caro differt à sanguine Virginis. Ergo corpus Christi non est sumptum de sanguine Virginis.

2. Præterea. Sicut mulier formata est miraculose de viro, sic corpus Christi miraculose formatum est de Virgine. Sed mulier non dicitur esse formata de sanguine viri, sed magis de carne, & ossibus ejus, secundum illud quod dicitur Genes. 11. 23. *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea.* Ergo videtur quod nec etiam corpus Christi formati debuerit de sanguine Virginis, sed de carnis, & ossibus ejus.

3. Præterea. Corpus Christi fuit ejusdem speciei cum corporibus aliorum hominum, Sed corpora aliorum hominum non formantur ex purissimo sanguine, sed ex femine, & sanguine menstruo, Ergo videtur quod nec etiam corpus Christi fuerit conceptum ex purissimis sanguinibus Virginis.

Sed contra est quod Damascenus dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. 11. in med.) quod *Filius Dei construxit simpliciter ex castissimis, & purissimis sanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali.*

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) in conceptione Christi fuit secundum conditionem naturæ quod est natus ex femina, sed supra conditionem naturæ quod est natus ex virgine. Habet autem hoc naturalis conditio quod in generatione animalis femina materiam ministrat: ex parte autem matris sit principium activum in generatione, sicut probat Philosophus in Lib. I. de generatione animalium (c. 11x. in fine) *Femina autem quæ ex mare concipit, non est virgo.* Et ideo ad supernaturalem modum generationis Christi pertinet quod activum principium in generatione illa fuerit virtus supernaturalis divina; sed ad naturalem modum generationis ejus pertinet quod ejus materia, de qua corpus ejus conceptum est, sit conformis materiam quam alia feminae subministrat ad conceptionem proli. Hæc autem materia, secundum Philosophum in Lib. I. de generatione animalium (cap. 11x.) est sanguis mulieris, non quicumque, sed deductus ad quamdam puritatem.

Ad primum ergo dicendum, quod quia sexus masculinus est nobilior quam femineus, ideo humanam naturam in masculino sexu assumpsit. Ne tamen sexus femineus contemneretur, congruum fuit ut carnem assumeret de femina. Unde Augustinus dicit in Lib. de agone christiano (cap. xi. cir. med.)  *Nolite vestros contemnere quiri: Filius Dei virum suscepit. Nolite vestros contemnere feminas: Filius Dei natus ex femina est.*

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit XXIII. Lib. contra Faust. (cap. x. ante med.) qui hac objectione utebatur: *Non plane (a) inquit, catholica fides, quod Christus Dei Filium, natum secundum carnem credit ex virgine, ullo modo eundem Dei Filium sic in utero mulieris includit, quasi extra non sit, quasi cæli, & terra administrationem deseruerit, quasi à Patre recesserit. Sed vos Manichei corde illo quo nihil potestis nisi corporalia phantasmatia cogitare, ista omnino non capit. Ut enim dicit in epist. ad Volusian. (cxxxv11. al. 111. aliquant. à princ.) *hominum iste sensus est, nihil nisi corpora valentium cogitare, quorum nullum potest esse quicquid totum, quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat recessu esse. Longe alia est anime natura quam corporis: quanto magis Dei, qui creator est anime, & corporis, & novit ubique totus esse, & nullo contineri loco; novit venire, non recedendo ubi erat; novit abire, non deserendo quod venerat?**

Ad tertium dicendum, quod in conceptione viri ex femina non est aliquid immundum, in quantum est opus Dei: unde dicitur Act. 15. *Quod Deus (b) creavit, tu ne commune dixeris; id est immundum.* Est ibi tamen aliqua immunditia ex peccato proveniens prout cum libidine quis concipitur ex commixtione maris, & feminae; quod tamen in Christo non fuit, ut supra ostensum est (quest. xxix. art. 2.)

Si tamen aliqua esset ibi immunditia, ex ea non inquinaretur Dei Verbum, quod nullo modo est mutabile, vel alterabile. Unde Augustinus dicit in Lib. 5. de heres. cap. v. cir. med.) *Dicit Deus creator hominis, filius hominis: Quid est, quod te permovet in mea nativitate? non sum libidinis conceptus cupiditate: ego matrem, de qua nascerer, feci. Si solis radius cloacarum fordes fecerit novis, eis inquinari non novit, quanto magis splendor lucis æternæ, quocumque radiaverit, mundare potest, & ipse solus non potest?*

(a) An redyndat inquit? (b) Fulgata purificavit.



filii eius. Matthæus autem dicit, quod *foram genui* *Uzian*. Ergo videtur inconvenienter generatorem Christi describere, tres Reges in medio prætermissos.

5. Præterea. Omnes qui in Christi generatione describuntur, patres habuerunt, & matres; & plurimi etiam ex eis fratres habuerunt. Matthæus autem in generatione Christi tres tantum enumerat matres, scilicet Thamar, Ruth, & uxorem Uriæ; fratres autem nominat Judæ, & Jechoniam; & iterum Phares, & Zaram: quorum nihil posuit Lucas. Ergo videtur Evangelistæ inconvenienter genealogiam Christi descripsisse.

Sed contra est auctoritas Scripturæ. Respondendo dicendum, quod, sicut dicitur II. ad Timoth. 1. 16. *omnis Scriptura sacra est divinitus inspirata*. Quæ autem divinitus sunt, ordinatissime sunt, secundum illud Rom. 1. 11. *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt*. Unde convenienti ordine genealogia Christi est ab Evangelistis scripta.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Hieronymus dicit super Matth. (in cap. 1. in princ.) *Italis loquitur de generatione Divinitatis Christi; Matthæus autem enarrat generationem Christi secundum humanitatem, non quidem explicans modum incarnationis, quia hoc etiam est ineffabile, sed enumerans patres, ex quibus Christus secundum carnem processit*.

Ad secundum dicendum, quod ad hanc objectionem, quam movit Julianus Apostata, diversimode ab aliquibus respondetur.

Quidam enim, ut Gregorius Nazianzenus dicit, vide August. Lib. II. Q. 9. Evangel. quæst. 1. v. dicunt eosdem esse quos uterque Evangelista enumerat, sed sub diversis nominibus, quasi (a) binomios. Sed hoc stare non potest, quia Matthæus ponit unum filiorum David scilicet Salomonem; Lucas autem ponit alium, scilicet Nathan, quos secundum historiam Libri Regum constat fratres fuisse.

Unde alii dixerunt, quod Matthæus veram genealogiam Christi tradidit, Lucas autem putativam: unde incipit *Et putativam filii Joseph*. Erant enim aliqui ex Judæis, qui propter peccata Regum Juda credebant, Christum ex David non per Reges, sed per aliam ejus stirpem hominum privatorum esse nasciturum.

Alii vero dixerunt, quod Matthæus posuit patres carnales, Lucas vero posuit patres spirituales, scilicet istos viros, qui dicuntur patres propter similitudinem honestatis. In libro vero de questionibus veteris, & novi Testamenti (part. 1. quæst. LVII. & sequentibus) dicitur: *Ita in scripturis dicitur, quod Salomonem genuit David, Nathan autem genuit David, & Salomonem genuit Nathan*.

(a) Ita in scripturis dicitur, quod Salomonem genuit David, Nathan autem genuit David, & Salomonem genuit Nathan. (b) Ita in scripturis dicitur, quod Salomonem genuit David, Nathan autem genuit David, & Salomonem genuit Nathan.

part. 11. in Q. 9. novi Testam. quæst. vi. inter opera Aug.) respondetur, quod non est intelligendum, quod Joseph à Luca dicitur esse filius Heli, sed quod Heli, & Joseph fuerunt patres Christi, diversimode à David descendentes. Unde de Christo dicitur, quod putabatur filius Joseph, & quod ipse etiam Christus fuit Heli filius; quasi diceret, quod Christus ex ratione qua dicitur filius Joseph, potest dici filius Heli, & omnium eorum qui ex stirpe David descenderunt, sicut Apostolus dicit Rom. 1. 3. *Ex quibus scilicet Judæis, Christus est secundum carnem*.

Augustinus vero in Lib. II. de questionibus Evangel. (quæst. v.) tripliciter solvit, videlicet: *Tres casus occurrunt, quarum aliquam Evangelista secutus est. Aut enim unus Evangelista patrem Joseph à quo genitus est, nominavit, alter vero vel avum matris, vel aliquem de cognatis majoribus posuit: aut unus erat Joseph naturalis pater, & alter eum adoptivus: aut more Judæorum, cum sint filii unus decessisset, ejus uxorem propinquus accipiens, filium quem genuit, propinquus mortui deputavit: quod etiam quoddam genus adoptionis legalis est, ut ipse Augustinus dicit in II. de consensu Evangel. cap. 111. à princ.*

Et hæc ultima causa est verior, quam & Hieronymus super Matth. (cap. 1. sup. illud, *Jacob autem genuit Joseph*) ponit, & Eusebius Cæsariensis in ecclesiastica historia (Lib. I. cap. vii.) ab Africano Historiographo traditam asserit. Dicit enim, quod (b) Matthan, & Melchi diversis temporibus de una eadem uxore Estha nomine singulos filios procreaverunt: quia Matthan, qui per Salomonem descendit, uxorem eam primam cepit; & relicto filio uno Jacob nomine defunctus est: post cujus obitum, quoniam lex videam alii viro non vetat nubere, Melchi qui per Nathan genus ducit, cum esset ex eademque tribu, sed non ex eodem genere, relictam Matthan accepit uxorem, ex qua etiam ipse suscepit filium nomine Heli: & sic ex diverso patrum genere efficiuntur Jacob, & Heli uterini fratres: quorum alter, id est Jacob, fratris sui Heli sine liberis defuncti ex mandato legis accipiens uxorem, genuit Joseph, natura quidem generis suum filium; secundum vero legis præceptum Heli effectus filius. Et ideo Matthæus dicit, *Jacob genuit Joseph*, sed Lucas, quia legalem generationem describit, nullum nominat aliquem genuisse. Et quomvis Damascenus dicit (Lib. IV. orth. Fid. cap. xv. ante med.) quod B. Virgo Maria Joseph ponitur in fine secundi quaternarii, & in

artinebat secundum illam originem, qua pater eius dicitur Heli, quia dicit eam ex Melchi descendisse; tamen credendum est quod etiam ex Salomone originem duxerit, secundum aliquem modum per illos patres, quos enumerat Matthæus, qui carnalem Christi generationem dicitur enarrare; præsertim cum Ambrosius dicat (sup. illud Lucæ 1. 11. *Qui fuit Salathiel*) Christum de semine Jechoniam descendisse.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicit Augustinus in Lib. II. de consensu Evangel. (cap. IV.) *Matthæus regiam in Christo instituerat* (insinuare personam, Lucas autem sacerdotalem: unde in generationibus Matthæi significatur vestram susceptio peccatorum à Domino, Jese Christo, in quantum scilicet per carnis originem similitudinem carnis peccati assumpsit; in generationibus autem Luca signatur nostrorum abolitio peccatorum, quæ est per sacrificium Christi. Et ideo generationes Mattheus descendenti enumerat, Lucas autem ascendenti. Inde etiam est quod Mattheus ab ipso David per Salomonem descendit, in cujus matre ille peccavit; Lucas vero ad ipsum David per Nathan ascendit, per cujus nominis Prophetam Deus peccatum illius expiavit. Et inde est etiam quod quia Mattheus ad mortalitatem nostram Christum descendit voluit signare, ipsas generationes ab Abraham usque ad Joseph, & usque ad ipsum Christi natiuitatem descendendo commemoravit ab initio Evangelii sui; Lucas autem non ab initio, sed à baptismo Christi generationem narrat, nec descendendo, sed ascendendo, tanquam sacerdotem in expiandis peccatis magis assignans, ubi testimonium Joannes perhibuit dicens: „ Ecce qui tollit peccatum mundi: „ ascendendo autem transit ad Abraham, & pervenit ad Deum, cui mandati, & expiati reconciliamur. Merito etiam apostolus originem ipsi suscepit: quia per adoptionem efficiuntur filii Dei; per carnalem vero generationem filius Dei filius hominis factus est. Satis autem demonstravit, non se ideo dixisse Joseph filium Heli, quod de illo sit genitus, sed quod ab illo fuerit adoptatus, cum & ipsum Adam filium Dei dixerit, cum sit factus à Deo. Numerus etiam quadragenarius ad tempus presentis vite pertinet, propter quatuor partes mundi, in quo mortalem vitam ducimus sub Christo regnante. Quadraginta autem quater habent decem, & ipsa decem ab uno usque ad quatuor progrediente numero consumatur. Post tertium denarius ad Decalogum refertur, & quaternarius ad presentem vitam, vel etiam ad quatuor Evangelia, secundum quæ Christus personam Christi commendans, quadraginta personas posuit, excepto ipso. Sed hoc intelligendum est, si fit idem Jechonias, qui ponitur in fine secundi quaternarii, & in

principio tertii, ut Augustinus vult (loc. sup. cit.) qui dicit factum esse ad significandum, quod in Jechonia facta est quedam deflexio ad extraneas gentes, quando in Babiloniam transfugatus est; quod profugus ab ipso Christum à circumcisum ad præputium migratorum. Hieronymus autem dicit (sup. illud Matth. 1. *Et post transfigurationem*) duos fuisse Joachim, id est Jechonias, patrem scilicet, & filium; quorum uterque in generatione Christi assumitur, ut constet distinctio generationum, quas Evangelista per tres quaterdenarios distinguit, quod ascendit ad quadraginta duas personas. Qui etiam numerus sanctæ convenit Ecclesiæ: hic enim numerus confurgit ex senario, qui significat laborem presentis vite, & septenario, qui significat quietem vite futuræ; sexies enim septem sunt quadraginta duo. Ipse etiam quaterdenarius, quia ex denario, & quaterdenario constituitur per aggregationem ad eandem significationem pertinere potest, quæ attributa est quadragenario, qui confurgit ex eisdem numeris secundum multiplicationem. Numerus autem quo Lucas utitur in generationibus Christi, significat universitatem peccatorum. Denarius enim, tanquam justitie numerus, in decem præceptis legis ostenditur. Peccatum autem est legis transgressio. Denarii vero numeri, transgressio est undenarius. Septenarius autem significat universitatem: quia universam tempus septenario dierum numero voluitur. Septies autem undecim sunt septuaginta septem. Et ita per hoc significatur universitas peccatorum, quæ per Christum tolluntur.

Ad quartum dicendum, quod, sicut Hieronymus super Matth. dicit, (cap. 1. sup. illud, *Foram autem genuit*, &c.) quia *foram Rex generi se miscuerat impiissime Jechabab, idcirco usque ad tertiam generationem ejus memoria tollitur, ut in sanctæ natiuitatis ordine poneretur*. Et ita, ut Chrysostomus (alius Auctor) dicit in hom. 1. in Matth. in oper. imperf. ante med.) quanta benedictio facta est super Jethu, qui vindictam fecerat super domum Achab, & Jechabab, tanta fuit maledictio super domum foram propter filiam iniqui Achab, & Jechabab, ut usque ad quartam generationem prædicantur filii ejus de numero Regum, sicut scriptum est Exod. xx. *Reddam peccatum parentum in filios usque ad tertiam, & quartam generationem*. Est etiam attendendum, quod & alii Reges fuerunt peccatores, qui in genealogia Christi ponuntur; sed non fuit eorum continua impietas. Nam, ut dicitur in Lib. questionum veteris, & novi Testamenti quæst. LXXXI. à med.) *Salomon merito patris sui dimissus in regno est; Roboam merito Asa filii sui. Horum autem trium continuavit impietas*.



## ARTICULUS I.

168

*Utrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.*

**A**D primum sic proceditur. Videtur quod caro Christi non fuerit sumpta ex Adam. Dicit enim Apostolus I. ad Corinth. xv. 47. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo caelestis.* Primus autem homo est Adam, secundus est Christus. Ergo Christus non est ex Adam, sed habet ab eo distinctam originem.

2. Præterea. Conceptio Christi debuit esse maxime miraculosa. Sed majus est miraculum formare corpus hominis ex limo terræ quam ex materia humana, quæ de Adam trahitur. Ergo videtur quod non fuerit conveniens Christum ab Adam carnem sumpsisse. Ergo videtur quod corpus Christi non debuit formari de massa humani generis derivata ab Adam, sed de aliqua alia materia.

3. Præterea. Peccatum in hunc mundum intravit per unum hominem; scilicet per Adam: quia omnes in eo originaliter existentes peccaverunt, ut patet Roman. v. Sed si corpus Christi fuisset ab Adam sumptum, ipse etiam in Adam originaliter fuisset, quando peccavit. Ergo peccatum originale contraxisset, quod non decebat Christi puritatem. Non ergo corpus Christi est formatum de materia sumpta ab Adam.

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Hebr. ii. 16. *Nisquam Angelos apprehendit, scilicet Filius Dei, sed semen Abraham apprehendit.* Semen autem Abraham sumptum est ex Adam. Ergo corpus Christi fuit formatum de materia ex Adam sumpta.

Respondetur dicendum, quod Christus humanam naturam assumpsit, ut eam à corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, nisi secundum quod infecta erat per originem vitiatam, qua ex Adam descendebat. Et ideo conveniens fuit ut carnem sumeret ex materia ab Adam derivata, ut ipsa natura per assumptionem curaretur.

Ad primum ergo dicendum, quod secundus homo, id est Christus, dicitur esse de celo, non quidem quantum ad materiam corporis, sed vel quantum ad virtutem formativam corporis ejus, vel etiam quantum ad ipsam ejus divinitatem. Secundum autem materiam corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpus Adæ.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. xxix. art. 1. ad 2.) mysterium Incarnationis Christi est quiddam miraculosum, non sicut ordinatum ad confirmationem fidei, sed sicut articulus fidei. Et ideo in mysterio incarnationis non requiritur quid sit majus miraculum, sicut in miraculis quæ sunt ad confirmationem fidei;

sed quid sit divinæ sapientiae convenientius, & magis expediens humanæ salutis, quod requiritur in omnibus quæ fidei sunt.

Vel potest dici, quod in mysterio Incarnationis non solum attenditur miraculum ex materia conceptus, sed magis ex modo conceptionis, & partus, quia scilicet Virgo concepit, & peperit Deum.

Ad tertium dicendum, quod, sicut supra dictum est (in corp. art. & quæst. iv. art. 6.) corpus Christi fuit in Adam secundum corpulentam substantiam, quia scilicet ipsa materia corporis Christi derivata est ab Adam; non autem fuit ibi secundum seminales rationem, quia non est conceptum ex virili semine: & ideo non contraxit originale peccatum, sicut ceteri qui ab Adam per viam virili seminis derivantur.

## ARTICULUS II.

169

*Utrum caro Christi fuerit sumpta de David.*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur quod Christus non sumperit carnem de semine David. Matthæus enim genealogiam Christi texens eam ad Joseph perducit. Joseph autem non fuit pater Christi, ut supra dictum est (quæst. xxviii. art. 1. ad 2. & quæst. xxxix. art. 1.) Non ergo videtur quod Christus de genere David descenderit.

2. Præterea. Aaron fuit de tribu Levi, ut patet Exodi vi. Maria autem mater Christi cognata dicitur Elisabeth, quæ est filia Aaron, ut patet Luc. 1. Cum ergo David fuerit de tribu Juda, ut patet Matth. 1. videtur quod Christus de semine David non descenderit.

3. Præterea. Hierem. xxxi. 30. dicitur de Jechonia: *Scrile isrum virum sterilem: nec enim erit de semine ejus vir qui sedeat super thronum David.* Sed de Christo dicitur Isa. ix. 7. *Super thronum David sedebit.* Ego Christus non fuit de semine Jechonia, & per consequens nec de genere David: quia Matthæus à David per Jechoniam seriem generationum perducit.

Sed contra est quod dicitur Rom. 1. 3a *Qui factus est ex semine David secundum carnem.*

Respondetur dicendum, quod Christus specialiter duorum antiquorum patrum filius dicitur esse, Abraham scilicet, & David, ut patet Matth. 1. Cujus est multiplex ratio. Prima quidem, quia ad hos specialiter de Christo promissio facta est. Dicitur enim Abraham Genes. xxii. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terre: quod Apostolus de Christo exponit, dicens Gal. iii. 16. Abraham dicitur promissiones, & semini ejus. Non dicitur:*

*Et: Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: Et semini tuo, qui est Christus.* Ad David autem dicitur est (Psal. cxxxix. 11.) *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Unde & populi Judæorum, ut Regem honorifice suspicientes, dicebant Matth. xxi. 9. *Hosanna filio David.* Secunda ratio est, quod Christus futurus erat Rex, Propheta, & Sacerdos. Abraham autem Sacerdos fuit, ut patet ex hoc quod Dominus dixit ad eum Gen. xv. 9. *Sane (a) tibi vocam triennem, &c.* Fuit etiam Propheta, secundum illud quod dicitur Genes. xx. 7. *Propheta est, & orabit pro te.* David autem Rex fuit, & Propheta. Tertia ratio est, quia in Abraham primo incepit circumcisio; in David autem maxime manifesta est Dei electio, secundum illud quod dicitur I. Reg. xlii. 14. *Quæsit Dominus sibi virum juxta cor suum.* Et ideo utriusque filius Christus specialissime dicitur, ut ostendatur esse in salutem & circumcissioni, & electioni Gentilium.

Ad primum ergo dicendum, quod hæc oblectio fuit Fausti Manichei volentis probare, Christum non esse filium David, quia non est conceptus ex Joseph, usque ad quem seriem generationis Matthæus perducit. Contra quem Augustinus respondet XXIII. Lib. contra Faust. (cap. vi. 11. ad fin. & cap. ix.) quod cum idem Evangelista dicat *Virum Mariæ esse Joseph, & Christi matrem virginem esse, & Christum esse ex semine David, quid restat, nisi credere Mariam non fuisse extraneam à cognatione David, & eam Joseph conjugem non frustra appellatam propter animorum consideracionem, quomodo ei non fuerit carne commixtus; & quod potius propter dignitatem virilem ordo generationum usque ad Joseph perducitur? Sic ergo nos credimus etiam Mariam fuisse de cognatione David, quia Scripturis credimus, quæ utramque dicunt, & Christum ex semine David secundum carnem, & ejus matrem Mariam, non cum viro concubendo, sed virginem. Ut enim dicit Hieronymus super Matth. (cap. 1. super illud, *Christi generatio fecerat*) ex una tribu fuit Joseph, & Maria; & secundum legem eam accipere cogebatur ut propinquam: propter quod & simul consentur in Bethlebey, quasi de una stirpe generati.*

Ad secundum dicendum, quod huic objectioni Gregorius Nazianzenus (implic. in eam. xxxviii. de Genealog. Christi, & Augustinus Lib. I. de consensu Evan. cap. 11. & Lib. II. cap. 111.) respondet dicens, quod hoc nunc superio contigit ut regium genus sacerdotali stirpi jungeretur, ut Christus, qui Rex est & Sacerdos, ab utriusque nasceretur secundum carnem. Unde & Aaron, qui fuit primus sacerdos secundum legem, duxit ex tribu Juda con-

gem Elisabeth filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri ut pater Elisabeth aliquam uxorem haberet de stirpe David, ratione cujus B. Virgo Maria, quæ fuit de stirpe David, esset Elisabeth cognata: vel potius è converso, quod pater B. Mariæ de stirpe David existens, uxorem haberet de stirpe Aaron: vel, sicut Augustinus dicit XXIII. contra Faustum (cap. ix.) si Joachim pater Mariæ de stirpe Aaron fuit (ut Faustus hæreticus per quasdam scripturas apocryphas asserbat) credendum est, quod mater Joachim fuerit de stirpe David, vel etiam uxor ejus, ita ut per aliquem modum Mariam dicamus fuisse de stirpe David.

Ad tertium dicendum, quod per illam auctoritatem prophetiam, sicut Ambrosius dicit super Lucam (cap. 11. sup. illud *Qui fuit Salathiel*), non negatur ex semine Jechonia posteros nascituros: & ideo de semine ejus Christus est. Et quod regnavit Christus, non contra prophetiam est: ipse enim dixit: *Regnum meum non est de hoc mundo.*

## ARTICULUS III.

170

*Utrum convenienter genealogia Christi ab Evana gelis textatur.*

*Matth. I. Luc. I. II. III. & IV.*

**A**D tertium sic proceditur. Videtur quod genealogia Christi inconvenienter ab Evangelistis textatur. Dicitur enim Isa. li. 1. *8. de Christo: Generationem ejus quis enarrabit?* Ergo non fuit generatio Christi enarranda. 2. Præterea. Impossibile est unum hominem duos patres habere. Sed Matthæus dicit (cap. 1. 16.) quod Jacob genuit Joseph virum Mariæ; Lucas autem dicit (cap. 1. 11.) Joseph fuisse filium Heli. Ergo contraria sibi invicem scribunt.

3. Præterea. Videtur in quibusdam à se invicem diversificari. Matthæus enim in principio libri incipiens ab Abraham descendendo usque ad Joseph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas autem post baptismum Christi generationem Christi ponit, incipiens à Christo, & perducens generationum numerum usque ad Deum, ponens generationes septuaginta septem, utroque extremo computato. Videtur igitur quod inconvenienter generationem Christi describunt.

4. Præterea. IV. Reg. vii. legitur quod Joram genuit Ochoziam, cui successit Joram filius ejus: huic autem successit filius ejus Amazias: postea regnavit filius ejus Azarias, qui appellatur Ozias: cui successit Joatham

(a) Vulgata mihi,



amplorem digestionem per virtutem generativam matris, ut sit materia apta ad conceptum. Et ideo ex tali materia fuit corpus Christi conceptum.

Ad primum ergo dicendum, quod cum B. Virgo fuerit ejusdem naturæ cum aliis foeminis, consequens est quod habuerit carnem, & ossa ejusdem naturæ. Carnes autem, & ossa in aliis foeminis sunt actualis corporis partes, ex quibus constituitur integritas corporis: & ideo subtrahi non possunt sine corruptione corporis, vel diminutione. Christus autem, qui venerat corrupta reparare, nullam corruptionem, aut diminutionem integritati matris ejus inferre debuit, ut supra dictum est (quest. xxviii. art. 1. & 2.) Et ideo non debuit corpus Christi formari de carne, vel ossibus Virginis, sed de sanguine, qui nondum est actu pars, sed est potentia totum, ut dicitur in Lib. I. de gener. animalium (cap. xviii. & xix.) Et ideo dicitur carnem de Virgine sumpsisse, non quod materia corporis ejus fuerit actu caro, sed sanguis, qui est potentia caro.

Ad secundum dicendum, quod, sicut in prima parte dictum est (quest. xcii. art. 3. ad 2.) Adam, quia institutus erat ut principium quoddam humanæ naturæ, habebat in suo corpore aliquid carnis, & ossis, quod non pertinebat ad integritatem personale ipsius, sed solum in quantum erat naturæ humanæ principium: & de tali carne formata est mulier absque viri detrimento. Sed nihil tale fuit in corpore Virginis, ex quo corpus Christi posset formari sine corruptione materni corporis.

Ad tertium dicendum, quod semen feminæ non est generationi aptum, sed est quiddam imperfectum in genere seminis, quod non potuit perducere ad perfectum seminis complementum propter imperfectionem virtutis foemineæ. Et ideo tale semen non est materia, quæ de necessitate requiritur ad conceptum, sicut Philosophus dicit in Lib. I. de generat. animalium (cap. xix. a med.) Et ideo in conceptione corporis Christi non fuit: præsertim quia licet sit imperfectum in genere seminis, tamen cum quadam concupiscentia resolvitur, sicut & semen maris. In illo autem conceptu virginali concupiscentia locum habere non potuit. Et ideo Damascenus dicit Lib. III. orth. Fid. cap. 11. cir. med. & Lib. IV. cap. xv. a med.) quod corpus Christi non seminifer conceptum est. Sanguis autem menstruus, quem feminæ per singulos menses emittunt, impuritatem quamdam naturalem habet corruptionis: sicut & ceteræ superfluitates, quibus natura non indiget, sed eas expellit. Ex tali autem menstruo corruptionem habente, quod natura repudiat, non formatur conceptus; sed hoc est

purgamentum quoddam illius puri sanguinis, qui digestionem quadam est preparatus ad conceptum, quasi purior, & perfectior alio sanguine. Habet tamen impuritatem libidinis in conceptione aliorum hominum, in quantum ex ipsa commixtione maris, & foeminae talis sanguis ad locum generationi congruum attrahitur. Sed hoc in conceptione Christi non fuit: quia operatione Spiritus Sancti talis sanguis in utero Virginis adunatus est, & formatus in prolem. Et ideo dicitur corpus Christi ex castissimis, & purissimis sanguinibus Virginis formatum.

## ARTICULUS VI. 173

*Utrum corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.*

III. dist. 111. quest. iv. art. 2.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod corpus Christi fuerit secundum aliquid signatum in Adam, & in aliis patribus. Dicit enim Augustinus x. super Genes. ad lit. (cap. xix. & xx.) quod caro Christi fuit in Adam, & Abraham secundum corpus tantum substantiam. Sed substantia corpulenta est quiddam signatum. Ergo caro Christi fuit in Adam, & Abraham, & aliis patribus secundum aliquid signatum.

2. Præterea, Rom. 1. 3. dicitur, quod *Christus factus est ex semine David secundum carnem*. Sed semen David fuit aliquid signatum in ipso. Ergo Christus fuit in David secundum aliquid signatum, & eadem ratione in aliis patribus.

3. Præterea, Christus ad humanum genus affinitatem habet, in quantum ex humano genere carnem assumpsit. Sed si caro illa non fuit secundum aliquid signatum in Adam, nullam videtur habere affinitatem ad humanum genus, quod ex Adam derivatur; sed magis ad alias res, unde materia carnis ejus assumpta est. Videtur ergo quod caro Christi fuerit in Adam, & in aliis patribus secundum aliquid signatum.

Sed contra est quod Augustinus dicit x. super Genes. ad lit. (colligitur ex cap. xix. & xx.) Quotcumque modo Christus fuit in Adam, & Abraham, & aliis patribus, alii homines etiam ibi fuerunt, sed non convertitur. Alii autem homines non fuerunt in Adam, & Abraham secundum aliquam materiam signatam, sed solum secundum originem, ut in prima parte habitum est (quest. xcvi. art. ult. ad 4.) Ergo neque Christus fuit in Adam, & Abraham secundum aliquid signatum, & eadem ratione nec in aliis patribus.

Respondetur dicendum, quod, sicut supra dic-

dictum est (art. præc.) materia corporis Christi non fuit caro, & os B. Virginis, nec aliquid quod fuerit actu pars corporis ejus; sed sanguis, qui est potentia caro. Quicquid autem fuit in B. Virgine a parentibus acceptum, fuit actu pars corporis B. Virginis. Unde illud quod fuit in B. Virgine a parentibus acceptum, non fuit materia corporis Christi. Et ideo dicendum est, quod corpus Christi non fuit in Adam, & aliis patribus secundum aliquid signatum, ita scilicet quod aliqua pars corporis Adæ, vel alius alterius posset designari determinate, ut diceretur quod ex hac materia determinate formabitur corpus Christi; sed fuit ibi secundum originem, sicut & caro aliorum hominum. Corpus enim Christi habet relationem ad Adam, & alios patres mediante corpore matris ejus. Unde nullo alio modo fuit in patribus corpus Christi quam corpus matris ejus, quod non fuit in patribus secundum materiam signatam, sicut nec corpora aliorum hominum, ut in prima parte dictum est (q. & art. ult. ad 4.)

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur Christus fuisse in Adam secundum corpus tantum substantiam, non est intelligendum hoc modo quod corpus Christi in Adam fuerit quiddam corpulenta substantia; sed quia corpulenta substantia corporis Christi, id est materia quam sumpsit ex Virgine, fuit in Adam sicut in principio activo, non autem sicut in materiali principio; quia scilicet per virtutem generativam Adæ, & aliorum ab Adam descendendum usque ad B. Virginem, factum est ut illa materia prepararetur ad conceptum corporis Christi. Non autem fuit materia illa formata in corpus Christi per virtutem seminis ab Adam derivatam. Et ideo Christus dicitur fuisse in Adam originaliter secundum corpulentam substantiam, non autem secundum seminale rationem.

Ad secundum dicendum, quod quavis corpus Christi non fuerit in Adam, & in aliis patribus secundum seminale rationem; corpus tamen B. Virginis, quod ex semine maris est conceptum, fuit in Adam, & in aliis patribus secundum rationem seminale. Et ideo mediante B. Virgine Christus secundum carnem dicitur esse ex semine David per modum originis.

Ad tertium dicendum, quod Christus habet affinitatem ad humanum genus secundum similitudinem speciei. Similitudo autem speciei attenditur non secundum materiam remotam, sed secundum materiam proximam, & secundum principium activum, quod generat sibi simile in specie. Sic igitur affinitas Christi ad humanum genus sufficienter conservatur per hoc quod corpus Christi formatum est ex sanguinibus Virginis, derivatis secundum originem ab Adam, & aliis patribus.

tribus. Nec refert ad hanc affinitatem, undecumque materia florum sanguinum sumpta fuerit; sicut nec hoc refert in generatione aliorum hominum, sicut in prima parte dictum est (quest. cxviii. art. 1.)

## ARTICULUS VII. 174

*Utrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.*

III. dist. 111. quest. iv. art. 1.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod caro Christi in antiquis patribus peccato infecta non fuerit. Dicitur enim Sap. vii. quod in divina sapientiam nihil inquinatum incurrit. Christus autem est Dei sapientia, ut dicitur I. ad Corinth. 1. Ergo caro ejus nunquam peccato inquinata fuit.

2. Præterea, Damascenus dicit in III. Lib. orth. Fid. cap. 11. a med. & cap. xi. a princ. quod Christus primitias nostræ naturæ assumpsit. Sed in primo itatu caro humana non erat peccato infecta. Ergo caro Christi non fuit infecta, nec in Adam, nec in aliis patribus.

3. Præterea, Augustinus dicit x. super Genes. ad lit. (cap. xx. a med.) quod *natura humana semper habuit cum vulnere quæ neci medicinam*. Sed id quod est infectum, non potest esse vulneris medicina, sed magis ipsum indiget medicina. Ergo semper in natura humana fuit aliquid non infectum, ex quo postmodum est corpus Christi formatum.

Sed contra est quod corpus Christi non refertur ad Adam, & ad alios patres, nisi mediante corpore B. Virginis, de qua carnem assumpsit. Sed corpus B. Virginis totum fuit in originali peccato conceptum, ut supra dictum est (quest. xlv. art. 3. ad 1. & quest. xxviii. art. 2.) & ita etiam secundum quod fuit in patribus, fuit peccato obnoxium. Ergo caro Christi, secundum quod fuit in patribus, fuit peccato obnoxia.

Respondetur dicendum, quod cum dicimus Christum, vel carnem ejus fuisse in Adam, & in aliis patribus, comparamus ipsam, vel carnem ejus ad Adam, & alios patres: Manifestum autem est quod alia fuit conditio patrum, & alia Christi: nam patres fuerunt subiecti peccato; Christus autem fuit omnino a peccato immunitis.

Dupliciter ergo in hac comparatione errare contingit. Uno modo ut attribuamus Christo, vel carni ejus conditionem quæ fuit in patribus; puta si dicamus, quod Christus in Adam peccavit, quia in eo aliquo modo fuit; quod est falsum; quia non eo modo in eo fuit, ut ad Christum peccatum Adæ perveniret, quia non derivatur ab eo secundum concupiscentiæ legem, sive secundum rationem seminale, ut supra dictum est (art. præc. ad 1. & quest. xlv. art. 1.)



quæst. xv. art. 1. ad 2.) Alio modo contingit errare, si attribuumus ei quod actu fuit in patribus, conditionem Christi, vel carnis ejus ut scilicet quia caro Christi, secundum quod in Christo fuit, non fuit peccato obnoxia, ita etiam in Adam, & in aliis patribus fuerit aliqua pars corporis ejus que non fuit peccato obnoxia, ex qua postmodum corpus Christi formaretur, sicut quidam posuerunt. Quod quidem esse non potest. Primo quia caro Christi non fuit secundum aliquid signatum in Adam, & in aliis patribus, quod posset distingui à reliqua ejus carne, sicut purum ab impuro, sicut jam supra dictum est (loc. cit.) Secundo quia cum caro humana peccato inficiatur ex hoc quod est per concupiscentiam concepta, scit tota caro alicujus hominis per concupiscentiam concipitur, ita etiam tota peccato inquinatur.

Et ideo dicendum est, quod tota caro antiquorum patrum fuit peccato obnoxia; nec fuit in eis aliquid à peccato immune, de quo postmodum corpus Christi formaretur.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non assumpsit carnem humani generis subiectam peccato; sed ab omni infectione peccati mundatam: & ideo in Dei sapientiam nihil inquinatum incurrat.

Ad secundum dicendum, quod Christus dicitur primitias nostre nature assumpsisse quantum ad similitudinem conditionis, quia scilicet assumpsit carnem peccato non infectam, sicut fuerat caro hominis ante peccatum; non autem hoc intelligitur secundum continuationem puritatis, ita scilicet quod illa caro (a) primi hominis conservaretur à peccato immunis usque ad formationem corporis Christi.

Ad tertium dicendum, quod in humana natura ante Christum erat vulnus, id est infectio originalis peccati in actu; medicina autem vulneris non erat ibi actu, sed solum secundum virtutem originis, prout ab illis patribus propaganda erat caro Christi.

Respondeo dicendum, quod secundum intentionem Apostoli oportet dicere, quod Christus in lumbis Abraham non fuerit decimatus. Probat enim Apostolus, majus esse sacerdotium quod est secundum ordinem Melchisedech, sacerdotium Levitico; per hoc quod Abraham decimas dedit Melchisedech, adhuc Levi existente in lumbis ejus; ad quem pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiam in Abraham decimatus esset, ejus sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedech, sed minus sacerdotio Melchisedech. Et ideo dicendum est, quod Christus non est decimatus.

(a) Ita cum mss. Alcan. aliisque editiis passim. Al. puri.

### ARTICULUS VIII. 175

Utrum Christus in lumbis Abraham fuerit decimatus.

III. dist. 111. quæst. 1v. art. 3. quæst. 11. & IV. dist. 1. quæst. 11. art. 2. quæst. 3. ad 2. & dist. 11. quæst. 1. art. 2. ad 4.

**A**D octavum sic proceditur. Videtur quod Christus fuerit in lumbis Abraham decimatus. Dicit enim Apostolus ad Hebr. vii. quod Levi pronepos Abraham decimatus fuit in Abraham, quia eo decimas dante Melchisedech, adhuc Levi erat in lumbis ejus. Sed similiter Christus erat in lumbis Abraham, quando decimas dedit. Ergo ipse etiam Christus fuit decimatus in Abraham.

2. Præterea, Christus est ex femine Abraham secundum carnem, quam de matre accepit. Sed mater ejus fuit decimata in Abraham. Ergo pari ratione Christus.

3. Præterea, illud in Abraham decimabatur quod curatione indigebat, ut Augustinus dicit x. super Genes. ad lit. (cap. xx. à med.) Curatione autem indiget omni caro peccato obnoxia. Cum igitur caro Christi fuerit peccato obnoxia, sicut dictum est (art. præc.) non videtur quod caro Christi in Abraham fuerit decimata.

4. Præterea, Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati Christi: nihil enim prohibet, patre alicujus Pontificis decimas dante alicui sacerdoti, filium ejus Pontificem majorem esse simpliciter sacerdote. Licet ergo dicatur Christus decimatus, Abraham decimas dante Melchisedech, non tamen propter hoc excluditur quin Christus sit major quam Melchisedech.

Sed contra est quod Augustinus dicit in x. super Genes. ad lit. (cap. xx. à med.) quod Christus ibi, scilicet in Abraham, decimatus non est, cujus caro inde non feruorem vulneris, sed materiam medicaminis traxit.

Respondeo dicendum, quod secundum intentionem Apostoli oportet dicere, quod Christus in lumbis Abraham non fuerit decimatus. Probat enim Apostolus, majus esse sacerdotium quod est secundum ordinem Melchisedech, sacerdotium Levitico; per hoc quod Abraham decimas dedit Melchisedech, adhuc Levi existente in lumbis ejus; ad quem pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiam in Abraham decimatus esset, ejus sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedech, sed minus sacerdotio Melchisedech. Et ideo dicendum est, quod Christus non est decimatus.

### QUÆSTIO XXXII.

De conceptione Christi quo ad aditum principium

in quatuor articulos diuisa.

**D**Einde considerandum est de principio activo in conceptione Christi: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum Spiritus Sanctus fuerit principium activum conceptionis Christi.

Secundo, utrum possit dici, quod Christus sit conceptus de Spiritu Sancto.

Tertio, utrum possit dici, quod Spiritus Sanctus sit pater Christi secundum carnem.

Quarto, utrum B. Virgo aliquid active egerit in conceptione Christi.

### ARTICULUS I. 176

Utrum Spiritus Sanctus fuerit principium activum conceptionis Christi.

II. dist. 11. quæst. 11. art. 2. quæst. 2. & IV. cont. c. XLIII. & XLVI. & op. 11. c. CCXXIII. & Jo. xli. lect. 4.

**A**D primum sic proceditur. Videtur quod efficere conceptionem Christi non debeat attribui Spiritui Sancto. Quia, ut Augustinus dicit in l. de Trin. (cap. 1v. in fi. & cap. v.) indivisa sunt opera Trinitatis, sicut & indivisa est Trinitatis essentia. Sed efficere conceptionem Christi, est quoddam opus divinum. Ergo videtur quod non magis sit attribuendum Spiritui Sancto quam Patri, vel Filio.

2. Præterea, Apostolus dicit Galat. 1v. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere: quod exponens Augustinus in IV. de Trin. (cap. xx. cit. med.) dicit: „Eo utique misum, quo factum ex muliere.“ Sed missio Filii attribuitur præcipue Patri, ut in prima parte habitum est (quæst. xl. art. 2.) Ergo & conceptio, secundum quam factus est ex muliere, debet præcipue Patri attribui.

3. Præterea, Proverb. 1x. 1. dicitur Sapientia edificavit sibi domum. Est autem sapientia Dei ipse Christus, secundum illud I. ad Corinth. 1. 24. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam: domus autem hujus sapientie est corpus Christi, quod etiam dicitur templum ejus, secundum illud Joan. 1. 21. (a) Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Ergo videtur quod efficere conceptionem corporis Christi, debet præcipue attribui Filio. Non ergo Spiritui Sancto.

Sed contra est quod dicitur Luc. 1. 35. Spiritus Sanctus superueniet in te & c.

tus in lumbis Abraham, sicut Levi. Quia enim ille qui decimas dat, novem sibi retinet, & decimam alii tribuit, quod est perfectionis signum, in quantum est quodammodo terminus omnium numerorum, qui procedunt usque ad decem; inde est quod ille qui decimas dat, protelatur se imperfectum, & perfectionem alii tribuere. Imperfectus autem humani generis est propter peccatum, quod indiget perfectione ejus qui à peccato curat. Curare autem à peccato est solus Christi: ipse enim est agnus qui tollit peccatum mundi, ut dicitur Joan. 1. Figuram autem ejus gerebat Melchisedech, ut Apostolus probat Hebr. vii. Per hoc ergo quod Abraham Melchisedech decimas dedit, præfiguravit se velut in peccato conceptum, & omnes qui ab eo descensuri erant, ea ratione ut peccatum originale contraherent, indigere curatione, quæ est per Christum. Isaac autem, & Jacob, & Levi, & omnes alii sic fuerunt in Abraham, ut ex eo derivarentur non solum secundum corpulentam substantiam, sed etiam secundum rationem feminalem, per quam originale peccatum contrahitur. Et ideo omnes in Abraham sunt decimati, id est præfigurati indigere curatione, quæ est per Christum. Solum autem Christus sic fuit in Abraham ut ab eo derivaretur non secundum rationem feminalem, sed secundum corpulentam substantiam. Et ideo non fuit in Abraham sicut curatione indigens, sed magis sicut vulneris medicina. Et ideo non fuit in lumbis Abraham decimatus.

Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod quia B. Virgo fuit in originali concepta, fuit in Abraham sicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, velut inde descendens secundum feminalem rationem. De corpore autem Christi non est sic, ut dictum est (art. præc.)

Ad tertium dicendum, quod caro Christi dicitur fuisse in antiquis patribus peccato obnoxia, secundum qualitatem quam habuit in suis parentibus, qui fuerunt decimati, non autem secundum qualitatem quam habet, prout est actu in Christo, qui non est decimatus.

Ad quartum dicendum, quod sacerdotium Leviticum secundum carnem originem derivatur. Unde non minus fuit in Abraham quam in Levi. Unde per hoc quod Abraham decimas dedit Melchisedech tamquam majori, ostenditur sacerdotium Melchisedech, in quantum gerit figuram Christi, esse majus sacerdotio Levitico. Sacerdotium autem Christi non sequitur carnem originem, sed gratiam spiritualem. Et ideo potest esse quod pater det decimas alicui sacerdoti, tamquam minor majori; & tamen filius ejus, si sit Pontifex, est major illo sacerdote, non propter carnem originem, sed propter gratiam spiritualem, quam habet à Christo.

(a) Vulgata Ille autem dicebat,



Respondeo dicendum, quod conceptionem corporis Christi tota Trinitas est operata. Attribuitur tamen hoc Spiritui Sancto, triplici ratione.

Primo quidem quia hoc congruit cause incarnationis, que consideratur ex parte Dei. Spiritus enim Sanctus est amor Patris, & Filii, ut in prima parte habitum est (quest. xxxvii. art. 1.) Hoc autem ex maximo Dei amore procedit ut Filius Dei carnem sibi assumeret in utero virginali. Unde dicitur Joan. 1. 16. Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret.

Secundo quia hoc congruit cause incarnationis ex parte nature assumptae. Per hoc enim datur intelligi, quod humana natura assumpta est a Filio Dei in unitatem personae, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia, que Spiritui Sancto attribuitur, secundum illud I. ad Corinth. xli. 4. Divisiones gratiarum sunt, idem verum Spiritus. Unde Augustinus dicit in Enchirid. (cap. xli.) Iste modus quo est natus Christus de Spiritu Sancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis precedentibus meritis, in ipso primo exordio nature sue, quo esse cepit, Verbo Dei copularetur in tantam personam unitatem, ut idem ipse esset Filius Dei qui filius hominis, & filius hominis qui Filius Dei.

Tertio quia hoc congruit termino incarnationis. Ad hoc enim terminata est incarnatio, ut homo ille qui concipiebatur, esset sanctus, & Filius Dei. Virtutumque autem horum attribuitur Spiritui Sancto. Nam per ipsum efficiuntur homines filii Dei, secundum illud Galat. iii. 6. Quoniam essis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater. Ipse est etiam spiritus sanctificationis, ut dicitur Rom. 1. Sicut ergo alii per Spiritum Sanctum sanctificantur spiritualiter, ut sint filii adoptivi; ita Christus per Spiritum Sanctum est in sanctitate conceptus, ut esset Filius Dei naturalis. Unde Rom. 1. secundum unam glossam (interlin.) quod premitatur, scilicet, Quis predestinatus est Filius Dei in virtute, manifestatur per id quod immediate sequitur, Secundum Spiritum sanctificationis, idest per hoc quod est conceptus de Spiritu Sancto. Et Angelus annunciatus ex hoc quod premitatur, Spiritus Sanctus superueniens in te, concludit: Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

Ad primum ergo dicendum, quod opus conceptionis commune quidem est toti Trinitati; secundum tamen modum aliquem attribuitur singulis personis. Nam Patri attribuitur auctoritas respectu personae Filii, qui per huiusmodi conceptionem sibi assumptam humanam naturam; Filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio; sed Spiritui Sancto attribuitur formatio corporis, quod assumitur a Filio. Nam ipse Spiritus Sanctus est Spiritus

Filii, secundum illud Galat. iv. 6. Misit Deus Spiritum filii sui. Sicut autem virtus animae, quae est in semine, per spiritum qui in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum; ita virtus Dei, quae est ipse Filius, secundum illud I. ad Corinth. i. 24. Christum Dei virtutem, per Spiritum Sanctum corpus formavit quod assumpsit. Et hoc etiam verba Angeli demonstrant dicentis: Spiritus Sanctus superueniet in te, quasi ad preparandam, & formandam materiam corporis Christi; & virtus Altissimi, idest Christus, obumbrabit tibi, idest corpus in te humanitatis accipiet incorporatum lumen Divinitatis. Umbra enim a lumine formatur, & corpore, ut Gregorius dicit XVIII. Moral. (cap. xli. vers. fin.) Altissimus autem intelligitur Pater, cuius virtus est Filius.

Ad secundum dicendum, quod misio refertur ad personam assumentem, quae a Patre mittitur; sed conceptio refertur ad corpus assumptum, quod operatione Spiritus Sancti formatur. Et ideo licet misio, & conceptio sint idem subiecto; quia tamen differunt ratione, misio attribuitur Patri, efficere autem conceptionem Spiritui Sancto, sed carnem assumere attribuitur Filio.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus (alius Auctor) dicit in Lib. de quaestionibus veteris, & novi Testamenti (quest. lli.) questio ista gemina ratione potest intelligi. Primum enim domus Christi Ecclesia est, quam edificavit sibi sanguine suo. Deinde potest corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur templum eius. Factum autem Spiritus Sancti factum Filii Dei est propter naturam, & voluntatis unitatem.

ARTICULUS II. 177

Utrum Christus debeat dici conceptus de Spiritu Sancto.

III. dist. iv. quest. 1. art. 1. quest. 4. & IV. cont. cap. xlvii. & op. 111. cap. cccxlii.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Christus non debeat dici conceptus de Spiritu Sancto. Quia super illud Rom. 1. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, dicit Glossa Augustini (ord. Lib. de nat. boni cap. xxvii.) Attendendum, quod non ait, De ipso, sed Ex ipso: ex ipso enim caeli sunt, & terra, quia fecit eas non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sed Spiritus Sanctus non formavit corpus Christi de substantia sua. Ergo Christus non debet dici conceptus de Spiritu Sancto.

2. Præterea. Principium conceptus, de quo aliquid concipitur, se habet sicut seminem

in generatione. Sed Spiritus Sanctus non se habuit sicut semen in conceptione Christi: dicit enim Hieronymus (Pelagius) in expositione catholicae fidei: Non, sicut quidam feleratissime opinantur, Spiritum Sanctum dicitur misisse pro semine; sed potentia, ac virtute Creatoris dicitur esse operatum, idest formatum, corpus Christi. Non ergo debet dici, quod Christus sit conceptus de Spiritu Sancto.

Præterea, Nihil unum de duobus formatur, nisi aliquo modo commixtis. Sed corpus Christi formatum est de Virgine Maria. Ergo Christus dicitur conceptus de Spiritu Sancto, videtur quod facta sit commixtio quedam Spiritus Sancti, & materiae, quam Virgo ministravit: quod patet esse falsum. Non ergo Christus debet dici conceptus de Spiritu Sancto.

Sed contra est quod dicitur Matth. 1. 18. Antequam conciperent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

Respondeo dicendum, quod conceptio non attribuitur soli corpori Christi, sed etiam ipsi Christo ratione ipsius corporis. In Spiritu autem Sancto duplex habitudo consideratur respectu Christi. Nam ad ipsum Filium Dei, qui dicitur esse conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis; ad corpus autem ejus habet habitudinem cause efficientis. Hæc autem prepositio de utramque habitudinem designat; sicut cum dicimus hominem aliquem esse de suo patre. Et ideo convenienter dicere possuimus, Christum esse conceptum de Spiritu Sancto, hoc modo quod efficiencia Spiritus Sancti refertur ad corpus assumptum, consubstantialitas vero ad personam assumentem.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus Christi, quia non est consubstantialia Spiritui Sancto, non proprie potest dici de Spiritu Sancto conceptum, sed magis ex Spiritu Sancto, sicut Ambrosius dicit in Lib. II. de Spiritu Sancto (cap. v. ad fi.) Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate ejus est: ex substantia, sicut Filius, qui a Patre est; ex potestate, sicut ex Deo omnia, quomodo & in utero habuit Mater ex Spiritu Sancto.

Ad secundum dicendum, quod super hoc videtur esse quædam diversitas Hieronymi ad quosdam alios Doctores, qui asserunt, Spiritum Sanctum in conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim Chrysostomus (alius Auctor) super Matth. (hom. 1. in op. imperf. ad fi.) Unigenito Dei in Virginem ingressuro, præcessit Spiritus Sanctus, ut procedente Spiritu Sancto in sanctificationem, nascatur scilicet Christus secundum corpus, Divinitate ingredientem pro semine. Et Damascenus dicit in III. Lib. (orth. Fidei cap. 11. a princ.) Obumbravit super ipsam Dei sapientia, & virtus, velut divinum semen. Sed hoc de facili solvitur: quia secundum quod in semine intelligitur virtus activa; sic Chrysostomus

mus, & Damascenus comparant semini Spiritum Sanctum, vel etiam Filium, qui est virtus Altissimi; secundum autem quod in semine intelligitur substantia corporalis, quæ in conceptione transmutatur, negat Hieronymus, Spiritum Sanctum fuisse pro semine.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Enchirid. (cap. xl.) eodem modo dicitur Christus conceptus, aut natus de Spiritu Sancto, & de Maria Virgine: nam de Maria Virgine materialiter, de Spiritu Sancto vero effusive. Et ideo non habuit hic locum commixtio.

ARTICULUS III. 178

Utrum Spiritus Sanctus dici debeat pater Christi secundum carnem.

III. dist. iv. quest. 1. art. 2. quest. 1. & quest. 2. ad 1. & 4. & in expo. lit. ad 2. & IV. cont. cap. xlvii. & op. 111. cap. cccxlii.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Spiritus Sanctus debeat dici pater Christi secundum humanitatem. Quia secundum Philosophum in Lib. I. de generatione animalium (cap. 11.) patet de principium activum in generatione, mater vero ministrat materiam. Sed B. Virgo dicitur mater Christi, propter materiam quam in conceptione ejus ministravit. Ergo videtur quod etiam Spiritus Sanctus possit dici pater ejus, propter hoc quod fuit principium activum in conceptione ipsius.

Præterea. Sicut mentes aliorum Sanctorum formantur per Spiritum Sanctum; ita etiam corpus Christi est per Spiritum Sanctum formatum. Sed alii Sancti propter prædictam formationem dicuntur filii totius Trinitatis, & per consequens Spiritus Sancti. Videtur ergo quod Christus debeat dici filius Spiritus Sancti, in quantum corpus ejus est Spiritu Sancto formatum.

Præterea, Deus dicitur pater noster secundum hoc quod nos fecit, secundum illud Deuter. xxxii. 6. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit te? creavit te? Sed Spiritus Sanctus fecit corpus Christi, ut dictum est (par. 1. li. 4. quest.) Ergo Spiritus Sanctus debet dici pater Christi secundum corpus ab ipso formatum.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Enchirid. (cap. xli.) Natus est Christus de Spiritu Sancto non sicut filius; & de Maria Virgine sicut filius.

Respondeo dicendum, quod nomina paternitatis, & filiationis, & filiationis generationem consequuntur; non tamen quantumlibet, sed proprie generationem, viventium, &



& præcipue animalium. Non enim dicimus, quod ignis generatus sit filius ignis generantis, nisi forte secundum metaphoram; sed hoc solum dicimus in animalibus, quorum generatio est magis perfecta. Nec tamen omne quod in animalibus generatur filiationis accipit nomen; sed solum illud quod generatur in similitudinem generantis. Unde, sicut Augustinus dicit (in Enchir. cap. xxxix.) non dicimus, quod capillus qui nascitur ex homine, sit filius hominis; nec etiam dicimus, quod homo qui nascitur, sit filius seminis quia nec capillus habet similitudinem hominis, nec homo qui nascitur ex semine, habet similitudinem seminis, sed hominis generantis. Et si quidem perfecta sit similitudo, erit perfecta filiatio tam in divinis, quam in humanis; si autem sit similitudo imperfecta, erit etiam filiatio imperfecta: sicut in homine est quædam similitudo Dei imperfecta, & in quantum creatus est ad imaginem Dei, & in quantum recreatus est secundum similitudinem gratiæ; & ideo utroque modo potest homo dici filius Dei, & quia scilicet est creatus ad imaginem ejus, & quia est ei assimilatus per gratiam.

Est autem considerandum, quod illud quod de aliquo dicitur secundum perfectam rationem, non est dicendum de eo secundum rationem imperfectam: sicut quia Socrates dicitur naturaliter homo secundum propriam rationem hominis, nunquam dicitur homo secundum illam significationem qua pictura hominis dicitur homo, licet forte ipse assimilaretur alteri homini.

Christus autem est Filius Dei secundum perfectam rationem filiationis: unde quamvis secundum humanam naturam sit creatus, & justificatus; non tamen debet dici Filius Dei neque ratione creationis, neque ratione justificationis, sed solum ratione generationis eternæ; secundum quam est filius Patris solius. Et ideo nullo modo debet dici Christus filius Spiritus Sancti, nec etiam totius Trinitatis.

Ad primum ergo dicendum quod Christus conceptus est de Maria Virgine materiam ministrante in similitudinem speciei: & ideo dicitur filius ejus. Christus autem, secundum quod homo, conceptus est de Spiritu Sancto sicut de activo principio; non tamen secundum similitudinem speciei, sicut homo nascitur de patre suo: & ideo Christus non dicitur filius Spiritus Sancti.

Ad secundum dicendum, quod homines qui spiritaliter formantur à Spiritu Sancto, non possunt dici filii Dei secundum perfectam rationem filiationis; & ideo dicuntur filii Dei secundum filiationem imperfectam, quæ est secundum similitudinem gratiæ, quæ est à tota Trinitate. Sed de Christo est alia ratio, ut dictum est (in corp. art.)

Et similiter dicendum est ad tertium.

## ARTICULUS IV. 179

Utrum B. Virgo aliquid active egerit in conceptione corporis Christi.

Inq. quest. xxxii. art. 4. ad 2. & III. dist. 11. quest. 1. art. 1.

Ad quantum sic proceditur. Videtur quod B. Virgo aliquid active egerit in conceptione corporis Christi. Dicit enim Damascenus in III. Lib. (orth. Fid. cap. 11. ante med.) quod Spiritus Sanctus superuenit Virgini, purgans ipsam, & virtutem susceptivam Verbi Dei tribuens, simul autem & generativam. Sed virtutem generativam passivam habebat à natura, sicut & qualibet femina. Ergo desit ei virtutem generativam activam: & sic aliquid active egerit in conceptione Christi.

2. Preterea. Omnes virtutes animæ vegetabilis sunt virtutes activæ, sicut Commentator dicit in II. de Anima (comment. xxxii. & seq.) Sed potentia generativa tam in mare, quam in in femina pertinet ad animam vegetabilem. Ergo tam in mare, quam in femina active operatur ad conceptionem proli.

3. Preterea. Femina ad conceptionem proli materiam ministrat, ex qua naturaliter corpus proli formatur. Sed natura est principium motus intrinsecum. Ergo videtur, quod in ipsa materia, quam B. Virgo ministravit ad conceptionem Christi, fuerit aliquod principium activum.

Sed contra est quod principium activum in generatione dicitur ratio seminalis. Sed, sicut Augustinus dicit X. super Gen. ad lit. (cap. xx. & xxxi.) corpus Christi in sola materia corporali per divinam conceptionem, formationisque rationem de Virgine assumptum est, non autem secundum aliquam rationem seminalem humanam. Ergo B. Virgo nihil active fecit in conceptione corporis Christi.

Respondeo dicendum, quod quidam dicunt, B. Virginem aliquid active operatam esse in conceptione Christi & naturali virtute, & supernaturali. Naturali quidem virtute, quia ponunt quod in qualibet materia naturali est aliquod activum principium; alioquin crederetur quod non esset transmutatio naturalis.

In quo decipiuntur: quia transmutatio dicitur naturalis propter principium intrinsecum, non solum activum, sed etiam passivum. Expresse enim dicit Philosophus in VIII. Physic. (text. 29. & seq.) quod in gravibus, & levibus est principium passivum motus naturalis, & non activum. Nec est possibile quod materia agat ad sui formationem, quia non est actu: nec est etiam possibile quod aliquid moveat seipsum, nisi dividatur in duas partes, quarum una sit movens, & alia sit mota: quod in solis animatis con-

tingit, ut probatur VIII. Physic. (text. 30.)

Supernaturali autem virtute, quia dicunt ad matrem requiri quod non solum materiam ministrat (quæ est sanguis menstruus) sed etiam semen, quod commixtum virili semini habet virtutem activam in generatione. Et quia in B. Virgine nulla fuit facta resolutio seminis propter integritatem ejus virginitatem, dicunt, quod Spiritus Sanctus supernaturaliter ei tribuit virtutem activam in conceptione Corporis Christi, quam alia matres habent per semen resolutum.

Sed hoc non potest stare, quia cum qualibet sit propter suam operationem, ut dicitur II. de Cælo (text. 17.) natura non distinguatur ad opus generationis sexum maris, & femine, nisi esset distincta operatio maris ab operatione femine. In generatione autem distinguitur operatio agentis, & patientis. Unde relinquatur quod tota virtus activa sit ex parte maris, passio autem ex parte femine: propter quod in plantis, in quibus utraque vis committitur, non est distinctio maris, & femine.

Quia igitur B. Virgo non hoc accepit ut esset pater Christi, sed mater, consequens est quod non acciperet potentiam activam in conceptione Christi; sive aliquid egerit, ex quo sequitur ipsam fuisse patrem Christi; sive nihil egerit, ut quidam dicunt, ex quo sequitur hujusmodi potentiam activam sibi frustra fuisse colatam. Et ideo dicendum est, quod in ipsa conceptione Christi B. Virgo nihil active operata est, sed solum materiam ministravit; operata tamen est ante conceptionem aliquid active, preparando materiam, ut esset apta conceptui.

Ad primum ergo dicendum, quod illa conceptio tria privilegia habuit, scilicet quod esset sine peccato originali, quod esset non putri hominis, sed Dei, & hominis, item quod esset conceptio virginis: & hæc tria habuit à Spiritu Sancto. Et ideo dicit Damascenus quantum ad primum, quod Spiritus Sanctus supervenit Virgini purgans ipsam, idest præservans, ne cum peccato originali conciperet: quantum ad secundum dicit, & virtutem susceptivam Verbi Dei tribuens, idest ut conciperet Verbum Dei: quantum autem ad tertium dicit, simul autem & generativam, ut scilicet manens virgo posset generare, non quidem active, sed passive, sicut alia matres hoc consequuntur ex semine viri.

Ad secundum dicendum, quod potentia generativa in femina est imperfecta respectu potentie generativæ quæ est in mare. Et ideo sicut in artibus ars inferior disponit materiam, ars autem superior inducit formam, ut dicitur in II. Physic. (text. 25.) ita etiam virtus generativa femine præparat materiam,

S. Thom. Op. Tom. V.

virtus autem activa maris format materiam preparatam.

Ad tertium dicendum, quod ad hoc quod transmutatio sit naturalis, non requiritur quod in materia sit principium activum, sed solum passivum, ut dictum est (in corp. art.)

## QUÆSTIO XXXIII.

De modo, & ordine conceptionis Christi,

in quatuor articulis divisæ.

Deinde considerandum est de modo, & ordine conceptionis Christi: & circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, utrum Corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum.

Secundo, utrum in primo instanti conceptionis fuerit animatum.

Tertio, utrum in primo instanti conceptionis fuerit à Verbo assumptum.

Quarto, utrum conceptio illa fuerit naturalis, vel miraculosa.

## ARTICULUS I. 180

Utrum Corpus Christi fuerit formatum in primo instanti conceptionis.

III. dist. 111. quest. v. art. 2. & IV. cont. cap. XLIV.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Corpus Christi non fuerit formatum in primo instanti suæ conceptionis. Dicitur enim Joann. 11. 20. *Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc*: quod exponens August. IV. de Trinit. (cap. v.) dicit: „Hic numerus perfectioni dominici corporis aperte congruit:“ & in lib. LXXXI. Q. Q. (quæst. LV. in fin.) dicit: „Non absurde quadragesima, ta sex anni dicitur fabricatum esse templum, quod corpus ejus figurabat, ut quod anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis dominici perfectione.“ Non ergo in primo instanti conceptionis Corpus Christi fuit perfecte formatum.

2. Preterea. Ad formationem Corporis Christi requirebatur motus localis, quo purissimi sanguines de corpore Virginis ad locum generationi congruum pervenirent. Nullum autem corpus potest moveri localiter in instanti, eo quod tempus motus dividitur secundum divisionem mobilis, ut probatur in VI. Physic. (text. 37. 38. 39.) Ergo Corpus Christi non fuit in instanti formatum.

3. Preterea. Corpus Christi formatum est ex purissimis sanguinibus Virginis, ut supra habitum est (quæst. xxxi. art. 5.) Non autem potuit esse materia illa in eodem instanti sanguis, & caro, quia sic materia simul fuisset sub

Z

dua-